

Text

Multa et longa observatione tandem repperi,

quod,

3 si reliquorum siderum errantium motus ad terrae circulationem

conferantur et supputentur pro cuiusque sideris revolutione,

non modo illorum phaenomena inde sequantur, sed et siderum atque

6 orbium omnium ordines et magnitudines et caelum ipsum ita connec-

tantur,

ut in nulla sui parte possit transponi aliquid sine reliquarum partium

9 ac totius universitatis confusione.

Proinde quoque et in progressu operis hunc secutus sum ordinem,

ut in primo libro describam omnes positiones orbium cum terrae,

12 quos ei tribuo,

motibus,

ut is liber contineat communem quasi constitutionem universi.

15 In reliquis vero libris postea confero reliquorum siderum atque omnium

orbium motus cum terrae mobilitate,

ut inde colligi possit,

18 quatenus reliquorum siderum atque orbium motus et apparentiae

salvari possint,

si ad terrae motus conferantur.

Aus: Widmungsbrief an den Papst